


M. MICHAELIS PHARETRATI
Tractatus
DE NOBILITATE
IN HONORE ET PRECIO
H A B E N D A,

*Cui accessit stemma Nobilium BRANDENSTEINIO-
RUM, nec non alia, quae seq. pag. indicabit.*



LIPSIÆ, ex officina typographica GROSIANA, Anno M. DC. XXII.

Nulla Libraria vel Collegio convenia.

In hoc volumine conti-
nentur.

*I. Epistola Censoria D. Francisci Romani Jcti
& Ordinarij Facultatis Juridicæ in Aca-
demiâ Lipsicâ.*


*II. Tractatus de Nobilitate in honore & precio
habenda.*

III. Stemma Nobilium à Brandenstein.

*IV. D. Fr. Romani Oratio in laudem Nobilita-
tis gentis Germanica habita.*

*V. Sermones bini, in funeribus VVolfgangi Eri-
ci & Christiani à Brandenstein prolati.*

VI. Hendecas testimoniorum Academicorum.



CAPUT I.

Nobilitas denominata,

id est, unde sit dicta.



IN FRONTISPICIO ET

initio hujus pellucidi argumenti probabiles De Nobilitate, in honore habenda rationes in proscenium producturo mihi sese offert ipsum Nomen, tanquam faustum & felix omen, idq; varium pro variis linguarum generibus, quae tamen uno ore, animoq; humilimo virum nobilem praclaris appellationibus venerantur.

pellationibus venerantur.

A Romanis qui Senatorium & Equestrem ordinem à Plebeio jamdudum distinxerunt, Nobilis videtur esse nuncupatus quasi non vilis, teste Felice Malleolo in dialogo de nobilitate & rusticitate, c. 7. Viles enim & ignobiles in Nov. 90. c. 1. conjunguntur. Contrarius ergo sensus Nobiles non viles esse docet. Romulus certè Patricios centum Patrum, hoc est, Senatorum filios honore dignissimos censuit, qui sacra perficerent, & magistratus gererent: secundo ab his loco constituit trecentos equites, qui belli gratià equos alebant, adversus hostes pugnabant, & jus annulorum aureorum habebant: in tertio & ultimo ordine voluit esse plebeios, homines viles, quos artes quaestuarias exercere & agros colere jussit. Faceffant ergo hinc, qui à Latinis Nobilem scopticè dictum fingunt quasi mobilem, id est instabilem & mutabilem, Quemadmodum Horatio plebs Romana est mobilium turba Quiritium.

Nobilis est Latine, i. non vilis nempe in Politia.

Nec est mobilis.



ritium.

STEMMA

Nobilium à BRANDENSTEIN

CHRONOLOGICUM

GENERALE, ET GENEALOGICUM SPECIALE

Ex historicis quibusdam libris, vetustis literis, aliisque monumentis, & fide dignis relationibus,

Unde origo, antiquitas, dignitas, incrementum & progressus, nec pauca veræ BRANDENSTEINIÆ Nobilitatis requisita, & encomia sote clarius effulgescunt.

Debita observantia testificanda ergo in ordinem redactum, pridem elaboratum, atq; posteritati consecratum.

à

M. MICHAELE PHARETRATO

Neustadiensi ad Orlam P. W.

CHRO



CHRONOLOGIA GE- NERALIS.



Obilissima familia à Brandenstein est origine per antiqua & pralustris, quæ multarum aliarum celebrium generosarum, & nobilium, prosapiarum cognationibus, & affinitatibus olim claruit, atq; etiamnum clarescit.

Ex historiis passim innotuit, quod Nobiles à Brandenstein ab innumeris ferè priscais memoriam hominum excedentibus annis Imperatoribus, Regibus, Electoribus, Ducibus, & Comitibus in militiâ armatâ & togatâ gnavam, & fidelem operam præstiterint, neq; partibus sibi demandatis temerè unquam desuerint. Itaq; maximarum benè gestarum rerum gloria nec mortuis quidem hodiè eripi potest.

Origo & antiquitas.

Quotnam olim annos Equites & milites strenui à Brandenstein ad Rhenum, & in Comitatu Hanau, antequam in Libanotriam, vel Austrasiam, in hanc viciniam ad Orlam commigrarunt, sedem suam habuerint, & commorati sint, ad amussim & exactè scire nobis non datur.

In antiquis vix aliud probationis genus inveniri præter probationem fama Dd. juris tradunt. Quare in vetustis probationes leviores & admittuntur & solent sufficere per indicia & conjecturas facta.

Indicium autem, & traditionem multis retrò seculis à majoribus accepit nobilis familia à Brandenstein, quod ipsa ex Comi-

tatu Hanovienſi ortum ducat. In illo hodie eſt videre caſtrum,
quoddam nomine Brandenſtein non procul ab oppido Schlichtern
ſitum, idq. generoſi & illuſtres Comites ab Hanau quondam in
formam provinciæ redegerunt, vel quaſtura.

Mauritius
brevi poſt
annum Chri-
ſti 900.

Qui primus ex terris iſtis in hanc ad Orlam regionem mi-
gravit, dictus fuit Mauritius à Brandenſtein. Hic ſtadium,
operamque ſuam in armis navavit Comiti VVilhelmo in Arn-
haug, quod per vetuſtam caſtellum Neuſtadio ad Orlam proxi-
mum hoc tempore Saxonicæ Electorali juridiſtioni ſubjectum,
antiquitus etiam Arlsbag, quaſi Arnoldi ſedes, velut aliquibus
indigenis placet, quaſi aquila ibidem olim nidificantis dumetum,
nominari ſolebat. Nam vandalicè *Uhr* eſt Aquila.

VVilhelmus verò Comes, & Dominus in caſtro, ſeu arce
Arnshaug, cui aliquando tam dominatus Lobedaviensis, quam
Leuchtenburgensis, & poſtea Comitatus Orlamündensis adjun-
ctus erat, cum aliis Comitibus, & Equitibus primo torneamento,
primis haſtiludiis, ſive equeſtribus certaminibus (qua Georgius
Fabricius t. 2. Orig. Saxon. Trojamina à primis autoribus Troja-
nis vocat) à victorioſo & potentiffimo Imperatore Heinricho I.
Aucupe dicto, Saxonia Duce, cum Hungaros totâ Germaniâ
anno 934. exegiffet, paulo poſt Magdeburgæ inſtitutis, & peractis
interfuit, quod refert liber Trojaminis vel torneamentorum
p. 6. & 20.

Ceterum Mauritius à Brandenſtein omne ſuum conſilium,
officium, fidem, laborem, diligentiam ad amplitudinem generoſi
Domini Comitis VVilhelmi in Arnshaug conferebat, nec ullum
periculum contra hoſtes illius fortiter pugnando ſubterfugiebat.
Itaque Dominus Comes caſtrum in Oppurg ad Orlam ejus fidei
commiſit, & Praefectum Voigteia Orlana ipſum conſtituit. Quin
imò in premium opera fideliter navata arcem in Oppurg nobile,
& he



O R A T I O

In laudem

NOBILITATIS GEN-
TIS GERMANICÆ,

*Habita publicè maximà in Auditorum
frequentià*

à

FRANCISCO ROMANO, J^Cto.

Cùm Feudorum Lectionem IX. KL. VLIS

ANNO

clō. Io. LXXXIX.

inchoaret.



*I quis fortè est, Patres conscripti,
vosq; Auditores Nobilissimi, & lectissimi; cui
mirum videatur, quòd ego, serè Juvenis, qui
minimè in hoc ornatè copiosèq; dicendi genere,
ac ceteri mei ordinis homines, sum versatus, se-
pius hanc provinciam, quæ viribus meis ma-
jor existit, in me deducam ac derivem: Is, si hujus mei instituti
causas gravissimas, quæ me ad dicendum impulerunt, cognove-
rit, id quòd facio, probabit, & si aliter fecissem, justam doctorum
ac sapientum reprehensionem nullo pacto me effugere potuisse, exi-
stimabit. Cùm enim ex autoritate & mandato Serenissimi &
Illustrissimi Electoris ac Ducis Saxonie, Domini mei clementis-
simi,*

SERMO EXEQUIALIS

*In memoriam Nobilissimi, & Strenui
Viri,*

**Dn. CHRISTIANI
à BRANDENSTEIN,**

Electoralis Saxonici Capitanei, in Lusatiâ
superiori Budissinæ 9. die Decemb. anno 1620. pla-
cidè & beatè mortui, Dresdæ verò in templo Sophiæ 28.
ejusdem mensis honore sepulturæ decorati lingvâ
vernaculâ publicè habitus, & domi Latinè
fusius conceptus.

*VVeire prope Neustadium ad
Orlam.*

à
M. M. PHARETRATO.



Siracides c. 38. v. 24.

Lugentem his consolatur verbis:

In requie mortui requiescere
fac memoriam ejus, & consolare su-
per illo in exitu spiritus sui.

PRO O E M I U M.



Unt quidam in eâ opinione, quod vi-
vi & superstites mortuorum memoriam ne-
quaquam celebrent, sed eorum, ut qui non
amplius sunt, qui nihil noverunt, nec par-
tem in hoc seculo habent, & in opere, quod
sub sole geritur Eccl. 9. v. 5. & 6. penitus obli-
viscantur. Eò referunt enim Latinum

versum:

Irreparabilium felix oblivio rerum.

Et Germanorum adagium.

Duorum desiderio nemo teneatur, nec sese affligat 1. bono-
rum consumptorum. 2. hominum defunctorum. Cur illud? Quia
non datur eorum recuperatio. Si quis heri florenum prodegit, ho-
diè egebit, & vix ac ne vix quidem eum recuperabit, licet sollicitè
quærat, & se maceret. Nim isthm. Tua serva, & qua perière
relinque, canebat ista avicula è cavèa emissa. Dilapidata opes
rarenter ad priorem redeunt possessorem. Ita Siracides cap.
38. v. 22. de mortuis quoq; hominibus scribit: Non est conversio.

HENDECAS

Academicorum testimoniorum,

QUÆ

Nobilissimi & Generosi,

**Dn. ESAIÆ à BRAN-
DENSTEIN,**

In Oppurg, Knau; Grunau, & Krobitz, Sax.
Electoralis Consiliarij intimi, & Curia Provincialis,
quæ est Lipsiæ, Præsidis eminentissimi filij
quatuor superioribus annis repor-
tarunt.

*In memoriam & laudem defunctorum
praesertim consignata.*

muta a Brandenstein de felicitate domesticâ: deinde etiam
Academix huic gratulamur, quæ tam egregio, tamq; eru-
dito cive & lætata hætenus plurimum est, & deinceps ab-
sentis. Quod superest, quando iussu ejusdem Magnifici Vi-
ri CHRISTIANUM hunc alio vocari cognovimus, eum cum
voto veteri, *Feliciter quod agis à nobis* dimittimus: DEUM
Opæ Max. venerati, ut Auditorem hunc nostrum bono
Repub. Christianæ & in primis Patriæ quàm diutissimè
conservare, & ad ea, quæ tacitis votis jamdudum ipsi desti-
navimus, eruditionis & virtutis præmia amplissima per-
ducere dignetur. In quorum omnium fidem literas has
Testimonij Signo Facultatis nostræ communiri iussimus.

Signatum a. d. 15. Januarij. Anno à Christo Nato
supra millesimum sexcentimum,
duodecimo.

F I N I S.



Typo GRASIANO excudebat G BORGIVS
LIGER.